autem scena Greca appellatione, eo quod in specie domus erat instructa.		
Orcistra autem pulpitus est scene, ut saltator saltare possit aut duo inter se disputare. Ibi enim poete, comedi et tracoidi ad certamen conscendebant, hisque canentibus alii gestus edebant.	In orcistra vero saltator saltat et duo inter se disputant. In ea poete, comedi et tragedi ad certamen conscendunt, hisque canentibus alii gestus edunt virorum et feminarum.	*Is. 18,44*
	De offitiis scene.	
Officia scenica: tragodi, comedi, themelici, histriones et saltatores.	Offitia scenica: tragedi, comedi, themelici, histriones et saltatores.	
Tragodi sunt qui antiqua gesta atque facinora sceleratorum regum/exspectante populo luctuoso carmine concinnebant. Comedi sunt qui vanorum operum acta dictis aut gestu cantabant et virginum *mores et* meretricum in suis fabulis exprimebant.	Tragedi antiqua <gesta> et facinora sceleratorum regum populo expectante luctuoso carmine cantant. Comedi vanorum acta dictis aut gestu cantant, et virginum *mores et* meretricum in suis fabulis exprimunt.	*Is. 18,45* *f. 62rb* *Is. 18,46*
Temelici autem sunt musici scenici, qui in organis et liris citherisque precinebant. Olim *vero* idem temelici in orcistra stantes cantabant super pulpitum, quod temele vocabatur. Striones *apud Romanos* sunt qui muliebri indumento gestus impudicarum *pudicarum* exprimebant; hi autem saltando etiam historias et res gestas demonstrabant.	Themelici in organis et liris exprimunt ad cytharas. Themelici *vero* in orcistra stantes cantant super pulpitum, quod temela vocatur. Histriones muliebri indumento amicti gestus impudicarum *et pudicarum* feminarum exprimebant et saltando res gestas et historias demonstrabant.	*Is. 18,47* *Is. 18,48*
Mymy sunt qui rerum humanarum sunt imitatores; nam habebant suum auctorem, qui hoc	Mimi res humanas imitantur et habent suum auctorem.	*Is. 18,49*

299 histriones, mimi et saltatores *Isid.* 305 vanorum *KN:* privatorum *Isid.* 307 stupra virginum et amores meretricum *Isid.* 315 muliebri *Isid.; ursprüngliche Lesung des Schreibers, dessen Änderung zu* mulierum *mir nicht annehmbar scheint.* 316–7 gestus impudicarum feminarum exprimebant *Isid.* 322–3 hoc quam primum *K*